4453 fragmentum tabulae marmoreae marginatae, supra integrae; a. 0,215, l. 0,23, cr. ca. 0,09. Rep. *decumano, presso la porta romana.* Est in repositis musei Ostiensis.

*? t. flaui*O·T·F·PAL·VER*o* 2,7
*equo pub*LICO·ORNAT*o* 2,3
uixit ANNIS·XV 2,2
DIEB 1,8
MA*ter*

Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 61 n. 5.

5 littera A certa; vestigium litterae M cognoscere mihi videbar. — Titulus videtur pertinere ad sepulcrum T. Flavii Veri equitis Romani eiusdem, cui tituli supra n. 160. 161 positi sunt. De equitibus Romanis iisdemque equo publico ornatis v. Arthur Stein *Der römische Ritterstand* p. 89; cf. infra n. 4642, 3 in., supra n. 353, 2 in.

4454 tabula marmorea marginata, supra et a dextra fracta, a. ca. 0,46, l. 0,62. Litterae bonae, a. 0,048–0,026. *Adoperata come lastra di rivestimento nella porta del mastio del castello di Ostia.*

STE·CONIVGI·RARISSIME
*he*LIODORO·EQ·ROM
QVI·VIXIT·AN·XXVII·M·VIII·D·XXIII
*sym*MACHO·FRATRI·ET·IVLIAE
*--- et iu*LIO·AMPLIATO·ALVMNIS
*et --- concu*BINAE·BONE·FEMINE
*po*ST·EOR·IN·F·P·XXV·IN·A·P·XXV·

Descripsi. Calza *Not. d. sc.* 1923 p. 409 sq.

1 in. e. g. *Calli*]*ste*, *Hedi*]*ste*.

4455 basis marmorea statuae equestri aptata, mutilata, in complures partes fracta, longa 2,10. Spatium scripturae destinatum a. 0,44, l. ca. 0,69. Litterae tardioris aetatis, a. v. 1 m. 0,045, cet. 0,03–0,025. Rep. *nel foro di Ostia.* Est ibidem prope templum Romae et Augusti.

MANILIO RVS*tic*
PRAEF ANN A V PRA*eff. praetorio*
EEMM VV CVRATO*ri et pa*TRONO
SPLENDIDISSIME COL OS*t* OB EIVS FIDEM AC
sic MERII ERGA REM PVBLICAM ORDO
ET POPVLVS OSTIENSIVM OVO CIVITAS *sic*
TITVLIS ADMINISTRA*ti*ONIS EIVS
FIERET INLVST● ·DECREVIT ADQ .
CONST*itui*T ·

Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum et ad imaginem photographicam. Calza *Not. d. sc.* 1923 p. 405. Tractavit A. Stein *Hermes* 1925 p. 94 sqq. 260, qui apographum Josefi Dobiáš habebat.

Manilio Rus[*tic- v. p.*?] *praef*(*ecto*) *ann*(*onae*) *a*(*genti*) *v*(*ices*) *pra*[*e*(*fectorum*) *praetorio*] (*eminentissimorum virorum*), *curato*[*ri et p*]*atrono splendidissim*(*a*)*e col*(*oniae*) *Os*[*t*(*iensium*)], *ob eius fidem ac meri*[*t*](*a*) *erga rem publicam ordo et populus Ostiensium,* [*q*]*uo civitas titulis administra*[*ti*]*onis eius fieret inlustr*[*ior*?], *decrevit adq*(*ue*) *const*[*itui*]*t.*

1 quod A. Stein *Hermes* l. l. p. 95 sq. coniecerat hunc *Manilium Rus--* eundem esse atque Manlium Rusticianum praefectum praetorio Maxentii (C. VI 36949 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 8934), idem refellit ibid. p. 260. — 3 primo loco B scripserunt Calza Dobiáš; est autem littera modo quodam composita et mixta ex B et E; itaque dedi E, quam litteram lapicida scribere debuit. — De agentibus vices praefectorum praetorio egit A. Stein l. c. — 8 quid scriptum fuerit ante lacunam, difficile dictu est. Mihi videtur caverna quae exstat in superficie lapidis post INLVST exstitisse iam eo tempore, quo lapis inscribebatur, et respecta esse a lapicida; post cavernam, ante lacunam ipsam potest fuisse R, ita ut supplеverim *inlustr*[*ior* vel, ut voluit Calza, *inlustr*[*is*. Sed res incerta est.

4456 tabulae marmoreae marginatae, cr. (infra) 0,07 fragmentum (ipsum bipertitum). Litterae bonae. Rep. *piazzale delle corporazioni, tra le rovine delle ultime stationes scoperte.* Est in repositis musei Ostiensis.

*c. mini*CIÓ·C *f. uel. italo* 7,3
iiii VIRÓ·IVR*e dic* 6
praef. ·COH·III·EQVITA*tae* 5,3
ORVM·PRAÉF·COH·I· 4,5
*pra*ÉFECTO·COH·II·VAR*c* 3,9
donis DÓNÁTÓ·Á·DÍVÓ·VESPÁSIANO 3,5
*uictri*CIS·PR*aef* 3,3

Descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum. Supplevit Calza, qui ed. *Not. d. sc.* 1916 p. 139.

Eidem ut videtur positus est Aquileiae titulus C. V 875 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 1374, unde pauca reddo: *C. Minicio C. fil. Vel. Italo IIII viro i. d., praef. coh. V Gallor. equit., praef. coh. I Breucor. equit. c. R., praef. coh. II Varc. eq., trib. milit. leg. VI Vict., praef. eq. alae I sing. c. R., donis donat. a divo Vespasiano coron. aurea hast. pur.* -----, *praefecto annonae, praefecto Aegypti* --- (cf. etiam C. III 12053. *Pros. imp. Rom.* II p. 377 n. 435. Cantarelli l. ad n. 4458 cit. p. 40. Lesquier *L'armée romaine d'Égypte* [1918] p. 512). Offendit quod in titulo Ostiensi inter militias equestres primo loco praefectura non cohortis V, sed cohortis III commemoratur; accedit quod dona militaria in alio titulo alio loco honoribus inseruntur. Tamen quin de eodem viro agatur ego quidem haud dubitaverim; dubitat Cantarelli *Bull. comun.* 1916 p. 253. Ceterum Ostienses habuisse quod praefecto annonae titulum ponerent recte monet Calza. — 2 fin. supplendum videtur in titulo Ostiae dedicato nomen *Aquileiae*, ubi Minicius quattuorvir fuit; in titulo Aquileiensi nomen oppidi potuit abesse.

4457 [*b* = supra n. 446] tabulae marmoreae marginatae cr. 0,042 fragmenta duo; litteris bonis, a. 0,025. *a* a. 0,23, l. 0,25; rep. *sul lato occidentale della via delle corporazioni, tra i pilastrini di un pavimento circa 90 cm più alto della via.* *b* a. 0,25, l. 0,26; rep. *nel lato di levante del piazzale delle corporazioni,* i. e. fortasse eodem loco atque *a*. Exstant in repositis musei Ostiensis.

c. nasennio c. f.
marcello seniori
praef. coh. i apamenae
trib. coh. i italicae ciuium
*ro*MA*norum uolunt*ARIOR
*p*RAEF·A*lae phr*YGVM
a PRAEFECT*o fa*BRVM *b*
AEDILI·QV*aestori* II·VIRO
QVI*nquennali* II
CVRATOR*i operum pub*LICOR
et aquarum perpetuo
etc.

Composui in re praesenti; descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum; supplevi titulo supra n. 171 exemplo usus. *a* Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 14. *b* Lanciani *Not. d. sc.* 1881 p. 201 n. 42; Dessau l. c.

5 frg. *b*: vestigium exiguum et ipsum per se difficile explicatu nunc fragmento *a* apposito quid fuerit cognoscitur.

De C. Nasennio Marcello qui fuit Pio et Marco imperantibus cf. quae exposuit Dessau supra ad n. 4148. Ductus litterarum inscriptionis quam hic damus simplex est et plane diversus a forma litterarum tituli supra n. 171 quas ex parte delineatas exhibet Huebner *Exempla scripturae epigr. Lat.* n. 323, sed aetati Nasennii Marcelli non minus aptus. Ceterum nunc prorsus probatur quod Dessau coniecit illum titulum antiquitus Ostiae, non Romae stetisse.